



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo
[Francofurti], 1607**

XIX. Iac. Sadoletvs Cardinalis Ioan. Bellaio S.R.E. Cardinali S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

Turcis grauitur impendet: quoque omnia itinera omnibus
 in locis infesta sunt, ut qui conueniant ad concilij diem
 non sint, praeter admodum paucos: sicut & vobis Germanis
 tere ac perpicuum esse non dubitamus: tamen & de profici-
 ne Pontifex loquitur, & iam ad iter aliqua parare incipit: nos
 sumus moniti, ut expediti ad tempus esse debeamus. Itaque pro-
 fore, ut exacto tempore ieiunij hinc profisciscamur. Veniam
 Nausae, auspicii bonis, hoc est, fauente bonis cogitationibus
 Deo: quanquam ille quidem semper is fauet. Sed tamen
 mihi veniunt in mentem, quae tibi item venire certo scio, quo-
 obrem de toto exitu rerum timendum magis mihi, quam
 dum esse videatur. Etenim partim mores hominum, partim
 iam maiorum opiniones ita corruptae sunt, ut medicum
 salutarem inueniam, praesertim exasperatis animis & aduer-
 verum contumacibus. Quod tu malum, quoniam istae, &
 errorum fontibus propius abes, facilius potes & sentire, & re-
 re. In quo tua quidem praestans atque eximia laus elucet: re-
 vir doctissimus, idemque concionator eloquentissimus, recte
 per, firmamque tenuilli summi Dei, & sanctae ac Catholicae reli-
 nis vexilla: quo etiam nomine ego tibi plurimum debeo. Ha-
 de concilio sententiam meam: quod si tu mihi scripseris, quo
 habitus animorum apud vos: & quid istae agant, & moliantur,
 qui nouitates, & dissidia in fide Catholica quaerunt: & futuram
 equitatem animi modestiamque parati, neque sint: cum nos
 aequi, & faciles ad obsequendum, & indulgendum, quod ne
 perferibet ratio, futuri sumus: dabis mihi materiam scrip-
 scribendi. Quod quidem & libenter, & studiosè faciam: nam
 que hanc societatem libentissime inibo, ut ambo & conuincamur
 pro sua parte uterque huic tanto incendio, quantum nobis car-
 fuerit, subuenire studeamus. Sed iam de his satis. Tua mei
 ris gratulatio gratissima mihi est, proficiscitur enim ab opor-
 animo, & studiosa mei voluntate: quam ego potius
 nore duco. Nam honor saepenumero temere a fortuna datur
 ha, utem studia talium virorum, qualis tu es, assequi solimur
 tis est: cuius ego fructum ceteris rebus omnibus antepo-
 le. VIII. Calend. Martias M.D. XXXVII. Ex Vrbe.

XIX.

IAC. SADOLETVS CARDINALIS

Ioan. Bellai S. R. E. Cardinalis S. P. D.

ITERAE tuae non minus scriptae sapienter, quam eleganter
 dici non potest, quam valde me delectauerint. Habere
 enim non honoris huius, quo nuper affectus sum, gratulationem

nam vulgare admodum & quorumvis hominum est) sed quod & tua pudentia acutissimè perpexit: & causa maximè postulabat mea, consolatione potius mecum es vsus. Vidisti enim omnium hominum fete vnu, quid mihi extracto ex illo beatissimo otio, in quo cum omnibus artibus & studiis honestissimis dulcis mihi conuersatio, & commercium erat quotidianum: libertate præterea adempta, ad leuandam animi mei molestiam opus esset. Idcirco tuum excellens ingenium, quod ego imprimis admirari sum solitus, eo potissimum adhibuisti, vt lenires dolorem meum, non vt augeres lætitiā: quæ nulla à me sanè suscepta est. Et si intelligo diuinis consiliis esse nobis acquiescendum, eaquæ res vna ad æquitatem animi me reuocat. In quo vique adeo mihi profuerunt literæ tuæ, vt quoniam non datur mihi tui præsentis potestas, illæ tuam vicem me & consolaturæ semper sint, & quemadmodum in hoc munere me gerere debeam, ad omne tempus erudiant. Quamquam, quod tui in me amoris maximum argumētum est, videris mihi tu plus aliquantò tribuere, quàm ego agnoscam. Quod me liberè atque integrè dicturum in senatu sententias putas, in eo minime falleris. Quod verò aut mea eloquentia (sic enim scribis) aut apud summum Pontificem auctoritas multum sit profutura Reip. in neutra re video quid assentiri possim. Nam neque consilio & oratione tantum valeo, quantum fortasse esset opus: & si maximè valerem, tamen Pontifex optimus & sapientissimus non aliorum consilio in rebus agendis vitæ, sed suo. Sed tamen utrumque est: ego certè, quod partium est mecum, neque studio vnquam, neque fide, neque opera, neque perpetua mea vt rectè omnia agantur voluntate, Christianæ Reip. deo. Vitam haberem te autorem, & moderatorem consiliorum meorum: prælarè profectò inter nos conueniret. Sumus enim ambo ab eisdem propè disciplinarum fontibus profecti: & dignitas & doctrina longè est illustrior: sed certè animis non dissimiles sumus. Verum hæc viderit Deus, qui nos agit & versat, in quantumque illi partem est placitum. Ego, mi præstantissime Bellai, de me tibi sic persuadeas volo: cum te antea semper colue- rim atque amauerim, vt quem maximè: nunc in hac noua status mei conditione, amoris meo & obleruantia erga te, potius addi- tum permoleum, quam quicquam detractum esse. Sicut tamen & tua extrema virtus, & ea qua me prosequeris beneuolentia po- stulat: à te peto, vt eadem sis voluntate erga me, qua esse consuesti. Vale. Romæ, M.D.

XXXVII.

Q

IAC.